

fit infulsus, idest si virtutem defecatiuam & conseruatiam non habeat, in quo condietur? CHRYSO. Vel secundum Mattheum, discipuli Christi sunt sal, qui totum orbem conseruant, resistentes putredini quae est ad idolatria & fornicatione peccatorum. Potest etiam intelligi, quod vnusquisque nostrum habeat tñ salis, quantum capax est Dei gratiarum. vn de & Apostolus coniungit gratiam sali, dicens. Sermo vester sit in gratia sale conditus. Sal etiam est Dominus Iesus Christus, qui fuit sufficiens totam terram conseruare, & multos in terra facit sales, quorum si aliqui marcescant, possibile est enim & bonos in putredinem transmutari, dignum est vt foras mittantur. HIERO. Vel aliter: Sal infulsum est quae amat principatum, & increpare non audeat. vnde sequitur: Habe

C A P . X .



inde exurgens, venit in fines Iudaeae ultra Iordanem, & conueniunt iterum turbae ad eum, & sicut consueuerat iterum docebat illos. Et accedentes Pharisaei, interrogabant eum, si licet viro vxorem dimittere tentantes eum. At ille respondens dixit eis: Quid vobis praecipit Moyses? Qui dixerunt: Moyses permisit libellum repudij scribere & dimittere. Quibus respondens Iesus ait: Ad duritiam cordis vestri scri

psit vobis praecipit istud. Ab initio autem creaturae masculi & feminae fecit eos Deus. Propter hoc, relinquet homo patrem suum & matrem, & adhaerebit ad vxorem suam, & erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum. Et ait illis: Quicunq; dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam. Et si vxor dimiserit virum suum & alij nupserit, mactatur.

Lib. 2. c. 61.

eos de vxore dimittenda interrogantes, Dominus vicissim interrogat, quid eis praecipit Moyses, qui cum respondissent. Moyses permisit libellum repudij scribere, & dimittere: respondit eis de ipsa lege per Moysen data, quomodo Deus instituerit coniugium masculi & feminae, dicens ea quae ponit Matheus, quibus auditis, illi id quod ei primo interroganti responderant repetierunt, dicentes: Quid ergo mandauit Moyses? AV G. contra Faust. Nolebat autem dimittere vxorem a viro, qui hanc instituit moram, vt in discidium animus praecipit, libelli conscriptione refractus abstineret, praesertim quia vt perhibent, apud Hebraeos scribentur litteras Hebraeas nulli fas erat, nisi solis scribis. Ad hos igit quos oporteret esse prudentes legis interpretes, & iustos discidium diuisa fores, lex mittere voluit eum quem iussit libellum dare repudij si dimisisset vxorem. Non enim poterat ei scribi libellus, nisi ab ipsi quem per hanc occasionem & necessitatem venientem quodammodo in manus suas bono consilio regerent, atque inter ipsam & vxorem pacifice agendo dilectionem concordiamq; suaderent, quod si tantum intercederet odium, vt extinguere emendariq; non possit, tunc vtique scriberetur libellus, quia frustra non dimitteret, quia sic odisset vt ad debitam coniugii charitatem nulla prudentium suasionem reuocaretur: propter hoc subditur: Quibus re. Iesus ait: Ad dur. cor. ve. scri. est. vo. pra. istud. Magna duritia erat, quae nec per libelli interpositionem, vbi dissuadendi locus iustus & prudentibus tribuebatur, solui vel scisci posset ad recipiendam vel reuocandam coniugii charitatem. CHRYSO. Vel dicitur: Ad duritiam cordis vestri, quia si anima fuerit purgata desiderijs & ira, possibile est mulierem nequissimam tolerare. Multiplicatis autem in anima passionibus praedictis, multa mala contingunt circa odium coniugium, sic igitur ab incensatione eorum Moyses eripit, qui dederat legem, & totum in eorum caput conuertit. Sed quia graue erat quod dicitur, flatim ad antiquam legem fermonem reducit dicens: Ab initio autem creaturae masculum & feminae fecit eos Deus. BEDA. Non ait masculum & feminas, quod ex priorum repudij querebatur, sed masculum & feminam, vt vnus coniugis consortio necerentur. CHRY. Si autem voluisset hanc quidem dimittere & alteram introduci, creasset plurimas mulieres. Nec solum homini mulierem coniunxit: sed & relinquere parentes praecipit & mulieri adhaerere. vnde sequitur: Et dixit. I. Deus per Adam. Propter hoc re. ho. pat. suum & mat. su. & adha. ad vx. suam. Ex ipso modo locutionis inseparabilitatem matrimonij demonstrans quia dicit: Adhaerebit.

Li. 19. c. 26.

Lib. 4. c. 6.

C A P . X .



EDA. Hucusque Marcus ea narravit de Domino, quae in Galilaea fecit & docuit: Hic incipit enarrare quae in Iudaea fecit & docuit siue passus est, & primo quidem trans Iordanem ad Orientem. Et hoc est quod dicit: Et inde exiit, vnde in In. vl. Iord. Deinde etiam circa Iordanem quando venit Iericho, Bethaniam, & Hierosolimam. Et cum omnium Iudaeorum prouincia generaliter ad distinctionem aliarum gentium Iudaea sit dicta, specialius tamen meridiana eius plaga appellabatur Iudaea ad distinctionem Samariae, Galilaeae, Decapolis, & caeterarum in eadem prouincia regionum. THEOPHI. Visitat autem regionem Iudaeae, quam saepe propter Iudaeorum emulationem reliquerat, quia passio in ea erat futura non tamen ascendit tunc Hierosolimam, sed Iudaeae confinia vt turbae non maliciose proficeret. Hierosolymana. erat operatrix omnium nequitiae ob malitiam Iudaeorum, vnde sequitur: Et conue. ite. tur. ad eum, & sicut con. ire. doce. illos. BEDA: Notanda est mentium distantia in turbis & Pharisaeis. haec conueniunt vt doceantur, & sui sanctorum infirmis: sicut Mattheus commemorat, illi accedunt vt Saluatorem tentando decipiant. vnde sequitur: Et acce. Pha. inter. eum si li. viro vx. di. te. eum. THEOPHI. Accedunt quidem non deserentes eum ne turbae in eum crederent: sed continue accedentes credebant eum in dubitationem deducere, & eum per interrogaciones confundere. Proposuerunt autem ei quaestionem ex vtraque parte praecipitium habentem, vt si dicit, quod licet viro vxorem dimittere, vel non licet accusarent ipsum contradicentes eidem ex dogmatibus Moysi. Christus igitur sapientia ipsa respondit eis responsionem, illorum laqueos fugientem. CHRY. Interrogatus. n. si licet, non statim respondit, non licet, ne tumultuaretur, sed primo eis legis sententiam voluit respondere, vt quod eum dicere oportebat hoc illi responderent. vnde sequitur: At ille respondit: Quid vo. praec. Moyses? Sequitur: Qui dixerunt, Moyses permisit libellum repudij scribere & dimittere. Proponunt qui dem Moysen hoc dixisse, aut propter interrogationem Saluatoris, aut volentes in eum virorum multitudinem incitare. Etenim

Li. 19. c. 29.

Deus coniunxit, ynam faciendo carnem viri & feminae, hoc homo non potest separare: sed solus Deus. Homo separatur, quando propter desiderium secundae vxoris primam dimittit. Deus separatur, quando ex consensu propter seruitutem Dei sic habemus vxores, quasi non habentes. CHRY. Si autem duo quos Deus coniunxit separari non debent, multo magis Ecclesiam quam Deus Christo coniunxit, ab eo non conuenit separare. THEO. Quia vero scandalizabantur discipuli, tanquam ex praedictis non plene eis fuerit satisfactum, propter hoc enim iterum interrogant, vnde sequitur: Et iter. in do. esse. eius. de eod. inter. eum. HIERO. Secunda interrogatio ad Apostolis iterum dicta est de eadem re, de qua Pharisaei eum interrogauerunt, idest de coniugij statu. Et hoc pprie dicit Marcus. GLO. Itera enim verbi sententia non fallidum sed esurientem & sitim praestit. vnde qui me comedunt, adhuc esurient, & qui me bibunt, adhuc sitient. Melliflua enim sapientia eloquia gullata, diligentibus multum odium saporem reddunt. vnde Dominus iterato discipulos instruit, nam sequitur: Et dixit illis: Quicunq; dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium vocat non cum sua simul esse: Non enim est sua quae accepit, prima dicitur, & propter hoc committit adulterium super eam, idest super secundam quam introducit. Idem autem est & de muliere. vnde sequitur: Et si vxor di. virum suum, & alij nup. mactatur. Non enim alteri, vt proprio viro potest coniungi, si proprium derelinquat. Et quidem lex prohibuit adulterium manifestum, saluator hoc non manifestum, neque ab omnibus notum, naturae tñ contra rium. BEDA: In Mattheo vero scriptum est plenius: Quicunq; dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem. Vna ergo solummodo carnalis est causa fornicatio. Vna spiritualis, timor Dei, vt vxor dimitatur, sicut multi religionis causa fecisse leguntur. Nulla autem causa est Dei lege permissa, vt viuente ea quae relicta est, alia adducatur. CHRY. Quod autem Matheus dicit, Pharisaeis haec verba dixisse: Marcus vero discipulis, non est contrarium, contingit enim haec & his, & illis dicta esse.

b) Et offerebant illi paruulos, vt tageret illos. discipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cum videret Iesus, indignus tulit. Et ait illis: Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos, talium enim est regnum Dei. Amen dico vobis, quisquis non receperit regnum Dei in illud. Et complexans eos & imponens manus super illos, benedicebat eos. Et cum egressus esset in via, occurrens quidam geniflexo ante eum, rogabat eum dicens: Magister bone, quid faciam vt vitam aeternam percipiam? Iesus autem dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi vnus

non poteris intrare. Aliter, Regnum Dei, idest doctrinam Evangelij, sicut paruulus recipere iubemur, quia quomodo paruulus in discendo non contradicit doctoribus, neque rationes & verba conponit eis resistens, sed fideliter suscipit quae docent, & cum metu obtemperat & discit: ita & nos obediendo simpliciter & sine vlla contradictione verbu Domini suscipere debemus. Sequitur: Et cō. eos. & im. ma. sup. il. ben. eos. CHRY. Bene autem amplexatur eos ad benedictionem tanquam in proprium sinum eleuans propitiatus facturam suam ab eo cadentem ab initio & diuisam. Imponit autem paruulis manus, docens diuinae virtutis operationem. Et quidem secundum consuetudinem aliorum manus imponit, sed non secundum consuetudinem operatur. Deum existens, humanum modum seruabat tanquam verus homo factus. BEDA: Complexus etiam benedixit paruulos, vt humiles spiritu sua benedictione, & gratia & dilectione dignos esse significet.

c) BEDA: Audiuerat quidam a Domino tantum eos, qui paruulorum volunt esse similes, dignos esse introitu regni caelorum, atque ideo positi tibi exponi non parabolis, sed aperte, quibus operum meritis vitam aeternam consequi possit, vnde dicitur: Et cum egressus esset in via procur. qui genuit ante eum, roga. cum dicens: Ma. bo. quid fa. vt. vi. aet. per. CHRY. Miror de hoc inuenire qui omnibus alijs pro infirmitatis ad Christum accedentibus, hic vitae aeternae possessionem postulat, cum maligna sit passio auaritia propter quam postmodum contristatus est. CHRY. Quia vero accesserat ad Christum, tanquam ad hominem & ad vnum Iudaeorum doctorum: Christus tanquam homo respodit eidem, vnde sequitur: Iesus autem dixit ei: Quid me dicis. Nemo bonus nisi vnus Deus. Haec autem dicens non excludit homines a bonitate, sed a comparatione bonitatis diuinae. BEDA: Vnus autem Deus bonus, non pater solus intelligendus est: sed & filius, qui dicit: Ego sum pater bonus, sed & Spiritus sanctus, quia dicit: Pater de caelis dabit spiritum bonum petentibus se. Ipse. a. vna. & indiuidua Trinitas Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, solus & vnus Deus bonus est. Non igitur Dominus se bonum negat, sed esse Deū significat, non se magistrum bonum non esse, sed magistrum ab ipsi Deo nullum bonum esse testatur. THEO. Voluit igitur Dominus per haec verba mentem iuuenis facere altioris, vt ipsum cognoscere tanquam Deum. Sed & aliud quidem innuit in his verbis, vt quando debes conferre cum aliquo, non adulating eum conferas, sed respicias radicem bonitatis & fontem Deum, & ei praesites honorem. BEDA. Notandum autem, quod iustitia legis suo tempore custodita, non solum bona terra, verum etiam suis electis vitam conferbat, vnde Dominus de vita aeterna querenti consequenter dicit: Praecepta nosti: Ne adulteres, ne occidas, ne fureris, ne occidas, ne fureris, ne fraudem feceris, honora patrem tuum & matrem. At ille respondens ait illi: Magister: Haec omnia obseruaui a iuuentute mea. Iesus autem intuitus eum, & dilexit eum, & dixit ei, vnum tibi deest: Vade, quaecumque habes vende & da pauperibus, & habes thesaurum in caelo, & veni sequere me. Qui contristatus in verbo, abiit mærens. Erat enim habens multas possessiones. Et circumspiciens Iesus, ait discipulis suis: Quam difficile qui peccatis habent in regnum Dei intrant? Discipuli autem obstupescabant in verbis eius. At Ie-

solus Iesus non potest separare: sed solus Deus. Homo separatur, quando propter desiderium secundae vxoris primam dimittit. Deus separatur, quando ex consensu propter seruitutem Dei sic habemus vxores, quasi non habentes. CHRY. Si autem duo quos Deus coniunxit separari non debent, multo magis Ecclesiam quam Deus Christo coniunxit, ab eo non conuenit separare. THEO. Quia vero scandalizabantur discipuli, tanquam ex praedictis non plene eis fuerit satisfactum, propter hoc enim iterum interrogant, vnde sequitur: Et iter. in do. esse. eius. de eod. inter. eum. HIERO. Secunda interrogatio ad Apostolis iterum dicta est de eadem re, de qua Pharisaei eum interrogauerunt, idest de coniugij statu. Et hoc pprie dicit Marcus. GLO. Itera enim verbi sententia non fallidum sed esurientem & sitim praestit. vnde qui me comedunt, adhuc esurient, & qui me bibunt, adhuc sitient. Melliflua enim sapientia eloquia gullata, diligentibus multum odium saporem reddunt. vnde Dominus iterato discipulos instruit, nam sequitur: Et dixit illis: Quicunq; dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium vocat non cum sua simul esse: Non enim est sua quae accepit, prima dicitur, & propter hoc committit adulterium super eam, idest super secundam quam introducit. Idem autem est & de muliere. vnde sequitur: Et si vxor di. virum suum, & alij nup. mactatur. Non enim alteri, vt proprio viro potest coniungi, si proprium derelinquat. Et quidem lex prohibuit adulterium manifestum, saluator hoc non manifestum, neque ab omnibus notum, naturae tñ contra rium. BEDA: In Mattheo vero scriptum est plenius: Quicunq; dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem. Vna ergo solummodo carnalis est causa fornicatio. Vna spiritualis, timor Dei, vt vxor dimitatur, sicut multi religionis causa fecisse leguntur. Nulla autem causa est Dei lege permissa, vt viuente ea quae relicta est, alia adducatur. CHRY. Quod autem Matheus dicit, Pharisaeis haec verba dixisse: Marcus vero discipulis, non est contrarium, contingit enim haec & his, & illis dicta esse.

Li. 19. c. 29.

seruans, & in hac obseruatione Christus eum dilexit. B E D A : Diligit. n. dñs eos, qui mandata legis quibus minima custodiunt: sed nihilominus qui in lege minus fuerant his qui perfecti esse desiderant ostendit, quia non venit soluere legem sed adimplere. Vnde sequitur: Et dixit ei: Vnum tibi deest. Vade, quaecumq; ha. vende & da pauperibus & ha. thesau. in celo. & veni & se. me. Qui dicitur n. perfectus esse voluerit debet vendere quae habet, non ex parte, sicut Ananias fecit & Saphira, sed totum. T H E O. Et cum vendiderit, dare pauperibus, non hystriombus & luxuriosis. C H R Y. Bñ autē non fecit eterne vite mentionem sed thesauri, dicens: Et habebis thesauros in celo. Quia enim de pecunijs erat sermo, & de abrenuntiatione omnium, ostendit quod reddidit plura his quae praecipit relinquere, quanto maius est calum quam terra. T H E O P H I. Sed quia multi sunt pauperes non humiles, sed ebrij aut aliquam aliam habentes malitiam, propter hoc dicit: Et veni sequere me. B E D A : Sequitur enim Dominus qui imitator eius est, & per vestigia eius graditur. Sequitur: Qui contristatus in verbo abiit. C H R Y. Et causam tristitia subdit Euangelista dicens: Erat. n. possessiones habens multas. Non enim eodem modo afficiuntur qui pauca habent & qui multa. Adiectio enim acquisitionum diuitiarum maiorem flammam cupiditatis accendit. Sequitur: Et circū. Iesus ait discipulis: Quam difficile est consiliari in pe. regnum introire? Vbi notandum est, qd non ait qd impossibile est: sed quam difficile est. quod. n. impossibile est, omni no fieri non potest. quod difficile, cum labore potest. C H R Y. Vel dicens difficile, ostendit esse impossibile, & non simpliciter, sed cum quadam intentione. & hoc ostendit exemplo, d. Facilius est came. per fora. acus transire quam diuitem intra. in regnum Dei. T H E O. Camelum siquidem oportet intelligere aut ipsum animal aut funem illum crassum, quo naues magnae vtunt. B E D A : Quomodo ergo vel in Euangelio Marthae & Ioseph, vel in veteri testamento qd pluri diuites intrauerunt in regnum Dei, nisi forte, quia diuitias vel pro nihilo habere, vel ex toto relinquere Domino inspirante didicerunt? Altiore autem sensu facilius est Christum pati pro dilectoribus suis, quam dilectores saeculi ad Christum posse conuerti. Camelus enim nomine se intelligi voluit, qd infirmitatis nostrae onera sustulit. per quem autem significat punitiones, id est dolores in passione susceptos. Foramen ergo acus dicit angustias passionis, quae scissa nostrae quasi vestimenta naturae quodammodo resarcire dignatus est. Sequitur: Qui magis admira dice. ad semetipsum: Et quis potest saluus fieri? cum incomparabiliter maior sit turba pauperum, quae diuitibus perditis potest saluari. intellexerunt tamen cunctos qui diuitias amant, etiam si adipisci nequeant, in diuitum numero deputari. Sequitur: Et inueniens eos Iesus ait: Apud homines imposs. est. sed non apud Deum. Quod non ita intelligendum est quasi cupidi & superbi in regni caelorum sint intraturi cum cupiditate & superbia: sed possibile est Deo, vt a cupiditate & superbia ad charitatem & humilitatem conuertantur. C H R Y S O. Ideo autem hoc opus Dei esse dixit, vt ostenderet quod multa opus est illi gratia, qui ad hoc a Deo dirigitur. vnde monstratur, quod non parua merces est diuitibus volentibus Christi philosophiam sequi. T H E O P H. Vel intelligendum est quod dicit: Apud homines impossibile est, sed non apud Deum, quia cum Deum audimus, hoc fit possibile. cum vero humana sapimus, impossibile. Sequitur: Quia enim possibilia

sunt apud Deum. Cum. n. omnia dicit, entia subintelligas, peccatum enim non est ens. Est enim res absque essentia & hypostasi peccatum. Vel aliter: Peccatum non virtutis sed infirmitatis est: & ideo peccatum sicut & infirmitas impossibile est apud Deum. Sed numquid Deus facere potest vt id quod factum est, non sit factum? Ad quod dicitur, qd Deus est summa veritas. facere autem quod factum est, vt no sit factum, falsum est. Qualiter ergo veritas faciet falsum? Prius igitur destruet propriam naturam, vt quidam dicunt. Nūquid potest Deus non esse Deus hoc. ridiculum est. G L O. Quia inueniens audito consilio Saluatoris de re dimissione, tristis abscesserat. Discipuli autem Christi praemissum consilium iam adimpleuerant, sollicitate caeperunt de praemio, estimantes se magnum aliquid fecisse, cum inuenis qui praecpta legis impleuerat, hoc sine tristitia. nec audire poterunt. vnde Petrus pro se & alijs dominum interrogat. Et hoc est quod dicitur: Et cepit ei Petrus dicere: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. T H E O P H I. Petrus est pauca dimisit, tamen haec omnia vocat. Nam & pauca habent vinculum passionis: vt beatus Petrus ille qui pauca relinquit. B E D A. Et quia non sufficit tantum dimittere, iungit quod perfectum est: Et secuti sumus te. quasi dicitur: fecimus quod iussisti. Quid igitur dabis nobis praemij? Petro autem de discipulis tantum interrogante, dominus vniuersalem responsonem facit. vnde sequitur: Qui respondens Iesus ait: Amen dico vobis, nemo est qui re. do. aut fratres. Hoc autem dicens, non inuit vt patres relinquamus, non adiuuantes eos, neque vt ab vxoribus separemur: sed nos instruit praefere honorem Dei saecularibus rebus. C H R Y. Mihi autem videtur, quod in hoc intendebat perfectiones futuras occulte praenunciare, quia futurum erat vt multi patres ad pietatem filios inducerent, & vxores viros. Non autem distet dicere: Propter nomen meum, aut Euangelium, vt Marcus dicit, aut propter regnum Dei, vt ait Lucas. Etenim nomen Christi virtus Euangelij est & regni. Euangelium enim recipitur in nomine Iesu Christi, & regnum Dei per nomen ipsius cognoscitur & venit. B E D A : Quidam autem ex occasione huius sententiae qua dicitur: Accipiet centies tantum. nunc in tempore hoc Iudaicum mille annorum fabulam post resurrectionem iustorum dogmatizant, quando omnia quae propter Deum dimisimus multiplici sunt fenore reddenda, in superbia & vita aeterna donanda. Nec vident, quod etiam in caeteris digna sit promissio, in vxoribus tamen centenis iuxta alios Euangelistas appareat turpitudine, praeterquam cum Dominus in resurrectione nubendum non esse testetur, & ea quae propter se dimisit fuerint, recipienda in hoc tempore cum perfectionibus asseneret, quas mille annis suis abesse affirmat. C H R Y S O. Est quidem igitur centies tantum merces secundum communicationem, & non secundum possessionem. hoc enim adimpleuit eis Dominus non corporaliter, sed alio quodam modo. H I E R O. Vxor enim in domo circa viri cibum negociatur & vestimenta. Vide igitur hoc & in Apollolis. Mulier enim mulieres sollicitae erant de eorum cibo & vestimentis & ministrabant eis. Similiter & patres & matres plurimas Apollolis habuerunt, scilicet eos qui ipsos diligebant, sed & Petrus vnā relinquens domum, postea omnium discipulorum domos habebat. Et maius est, quia cum perfectionibus haec omnia possidebant sancti, si perfectionem sint passi & angustia, propter quod sequitur: Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Pharisaei enim primi existentes, facti sunt nouissimi. Qui vero omnia reliquerunt, & Christum secuti sunt, fuerunt nouissimi in saeculo illo per angustias & perfectiones, sed erunt primi per spem quae est in Deum. B E D A : Potest sane hoc qd dicitur: Qui accipiet centies tantum. iaculis intelligi. Centenarius quippe numerus de leua translatus in dexteram, licet eandem in flexu digitorum videatur habere figuram, quam ha buerat denarius in leua: tamen quantitas magnitudine sursum crescit, quia videlicet omnes qui propter regnum Dei temporalia spreuerunt, & in hac vita perfectionibus plenissima eiusdem regni gaudium sine certa degustant, atque in expectatione patriae caelestis, quae significatur in dextera omnium electorum delectatione fruuntur. Verum, quia multi virtutum studia non eadem qua incipiunt

incipiunt intentione pietatis consummant, mox subinfertur: Multi autem erunt &c. Quotidie. n. videmus multos in laico habitu constitutos, magnis virtutibus excellere, & alios a prima etate spirituali studio feruente, ad extremum ocio torpente lascescere: atq; inerti stulticia quod spiritu capere carne consummare. e ¶ B E D A : Meminerit discipuli sermonis quo dñs se passurum multa a suminis Sacerdotibus & Scribis praedixerat: & ideo hierosolymam tendentes stupebant. Et hoc est quod dicitur: Erant autem in via ascendendi hierosolymam, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum & Scribis & Senioribus, & damnabunt eum morte. Et tradent eum gētibus, & illudent ei & confpient eum & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget. Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedaei dicentes: Magister, volumus vt quodcumque petierimus facias nobis. At ille dixit eis: Quid vultis vt faciam vobis? Et dixerunt: Da nobis, vt vnus ad dexteram tuā, & vnus ad sinistram tuam sedemus in gloria tua. Iesus autem ait eis: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibo, aut baptismum quo ego baptizor baptizari? At illi dixerunt ei: Possumus. Iesus autem ait eis: Calicē quidem quem ego bibo, bibetis, & baptismum quo ego baptizor baptizabimini, sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est. g Et audientes decem indignati sunt de Iacobo & Ioanne. Iesus autem vocans eos, ait illis: Scitis, quia hi qui videntur principari gentibus, dominant eis, & principes eorum potestatem habent ipsorum. Non ita est autem in vobis, sed quod petierunt exaudiri. Sequitur: Iesus autē ait eis: Calicem quod ego bibo bibi, & baptismum quo ego baptizor baptizabimini. Quis digni eritis & patienti sicut & ego. B E D A. Quae ritur autem, quomodo calicem martyrij Iacobus & Ioannes biberunt, aut quomodo baptismum Dñi fuerunt baptizati, cum scriptura narret Iacobum tantum Apollolum ab Herode capite truncatum, Ioannes autem propria morte finiuit vitam? Sed si legamus Ecclesiasticas historias in quibus fertur, qd & ipse propter martyrium in seruientis olei dolij missus sit, statimq; relegatus in Patmos insula, sic videmus martyrium animo no desuisse, & bisse Ioannem calicem confessionis, quem & tres pueri in camino ignis biberunt, licet persecutor non fuderit sanguinem. Sequitur: Sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram non est meum dare vobis. C H R Y. Vbi duo quaeruntur, vnum est, si paratum est alicui sedere a dextris eius. Alterum autem, si omnium Dominus his quibus paratum est potestatem tribuere non habet. Ad primum ergo dicimus, qd nullus a dextris neque a sinistris sedet: inuitus. n. est omni creaturae thronus ille. Quomodo ergo dixit: Sedere ad dexteram meam, vel ad sinistram non est meum dare vobis. quasi quibusdam sessuris. Ad suspicionem quidem interrogantium ridit eorum intentioni condescendens neq; nouerant illi thronum excelsum & cathedram quae est a dextris patris: sed vni solum prebent. Potiri primatum & alijs praesae. Quidam. n. audierunt dictum de Apollolis, qd super 12 thronos essent sessuri, quid esset quod dictum est ignorantes, inter caeteros petierunt primatum. Ad secundum dicendum est, qd tale donum prater filij Dei no tran scendit, sed quod in Mattheo dr. Paratum est a patre meo. idem est ac si diceret me. vnde & Marcus non dixit hic, a patre meo. Qd ergo hic Christus dicit tale est, Moriemini inq; propter me non tñ hoc sufficit ad hoc, qd vos primum ordinem obtinetis. Si. n. alijs alius cum martyrio venerit, oem aliam virtutem possidens multa vobis maiora possidebit. his. n. paratur primatus qd per opera possunt fieri primi. Sic igitur dñs sua responsonē eos instruxit, vt no vane & inaniter pro primatibus molestentur, simul autem & eos noluit contritari. B E D A. Vel non est meum vobis dare, si perbis, hoc enim adhuc erant. Alijs paratum est, & vos alij estote, i. humiles, & vobis paratum est. g ¶ T H E O. Quia reliqui Apollolis vident Iacobum & Ioannem honorē petere, patienter ferre non pnt. vnde dr: Et audientes indignati sunt de Iacobo & Ioanne. Patientes. n. humana iniuria mouebantur: sed tunc primo indignati sunt, cum viderūt ipsos a dño no susceptos, non autē prius indignabantur, quia videbat ipsos alij phonorari. tñ igit sic imperfecte se habebant Apollolis: sed postea in primatibus sibi cedebant adinuicē. Christus autē eos sanauit, pri mo quidem ad eorum consolationem eos iuxta se adducendo, & hoc significatur cum dicitur: Iesus autem vocans eos. deinde de mō strando, qd vsurpare honorem & desiderare primatum gentilium est. Caten. aut. S. Thom. vnde

Lib. 2. c. 64.

Lib. 2. c. 64.